

spondeo, Non videtur bona divisio, quia ubi negligitur æquum & bonum, non videtur jus esse posse. Æquitas enim corrigit, quod à legislatore vel prætermissum est, vel nimis rigidè positum; unde ab Aristotele vocatur ἐπανόρθωσις νομίμης δικαιολόγου, id est, correctio juris legitimi seu scripti, s. Ethic. Nicom. cap. 4. Deinde queritur, An ~~ἀρετῶν πληρίᾳ~~ sit species injustitiae? Affirm. Si intel-ligatur de externis personarum qualitatibus ad rem ni-hil pertinentibus. Quis autem sit verus ~~ἀρετῶν πληρίᾳ~~, docet Timpler. lib. 3. Ethic. gener. cap. 10. quæst. 39. & Keckerm. in Cursu philos. pag. 139. Hæc igitur dicta suf-ficiant pro re natâ de virtute morali ejusque speciebus. Est etiam virtus moralis, quæ dicitur extraordinaria, & speciali nomine Heroica, quam naturæ singulares & excellentes possident, quas herōas & herōinas ap-pellare solemus, ut sunt quædam personæ illustres, quas Deus quasi extra ordinem naturæ excitat ad facta tam egregia, ut communem hominis sortem superent. Sed heroica virtus à virtute morali quam tractavimus, non nisi gradu differt, perinde ut fervor differt à tempore. Op-ponitur ei feritas & immanitas, tale vitium, quod ho-minis naturam corruptam ejusque malitiam longè su-perare videtur. De hac extraordinaria virtute prolixius agit Timplerus lib. 3. cap. 11. Keckerm. in Cursu pag. 197. In Johanne Baptistâ heroicam fuisse temperantiam, cer-tum est, Marth. 3. v. 4.

*Virtus Heroica*

*Cap. XXVI. De actione secundūm  
virtutem.*

**F**uit pars prima Ethicæ de virtute ejusque op-positis vitiis; sequitur pars altera, de actione, quæ est secundūm habitum proæreticum, & di-citur actio moralis.

S C H O L. Actio moralis distinguitur à virtute & vicio  
ut motus à qualitate, & ut calefactio à caliditate.